



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

§.11. Dixit illis Iesus &c. Cohibens Christus ministros suam ostendit potentiam, & magis suam misericordiam: sicut dum peccatoribus permittit, vt pro libitu suo faciant, suam demonstrat indignationem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53104](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53104)

das sibi diuitias cunctos iubeat necari Iudaeos. Non ad hoc attendit, quid Deo magis in hoc esset acceptum, sed hoc solum, augendis suis inhiabat diuitijs, non perpendens hoc in non leue fore praedictum damnumque populi Dei. Hoc ergo consilium & haec eius intentio ruinae eius dedit exordium, eoque tandem res devenit, ut ipse malorum incensor patibulo suspensus interiret. Perpendamus differentes servorum honoris Dei zelatorum exitus, ab ijs illorum qui suis solummodo studeant commodis, qua de causa Principibus applaudunt, omnemque eorum calculo signant actiones.

Tob. 1. 23.

XIII.

Tobias

gratus est

Regi Sal-

manaasar.

De S. Tobia refert S. pagina, cum in Ninive captivus habitaret: *Quoniam memer fuit Domini in toto corde suo, dedit illi Deus gratiam in conspectu Salmanassar Regis, & dedit illi potestatem quocumque vellet ire habens libertatem quamcumque facere voluisset.* Graecus textus habet. *Dedit ei Deus gratiam & iulertudinem.* Infudit Deus oculis Regis magnam aliquam Tobiae complacentiam, sic ut Regi perquam placerent, ut iusta illius omnes actiones, unde natum est, ut tanta illum honoraret potestate, quanta honorasse perhibetur. Ne tibi persuaseris, quia dominus tuae non applaudis levitatibus, nec ei pal-pum obtundis, idcirco te minoris aestimabit, aut suo destituet auxilio: quinimo efficiet Deus, ut illa oculos suos aperiens, & meliora sapiens te diligit ardentius, plurisque faciat, nec non tibi negotia majoris momenti confidat, te bonam adverteas, atque de te hoc sibi persuadeas, quod nequam mali quidquam sis commissura: per hoc etenim Ioseph in domo Domini sui tantam adeptus est potestatem: ut quidquid possideret, eius committeret manibus, non strictiori adstrictus reddendae rationi, quam ipse reddere voluisset. *Dominus eius optime noverat Dominum esse cum eo, & omnia que gereret ab eo dirigi in manu istius. Invenitque Ioseph gratiam coram Domino suo & ministrabat ei: a quo praepositus omnibus, gubernabat credens sibi bonum.*

XIV.

Eadem de

causa Ioseph

Domini.

Gen. 39. 2.

3.

Qua securitate fudit Dominus servum, quem fidelem iustumque invenit: etenim certum est, quod licet aliquo tempore videatur non ita gratus esse, erit, cum urgebat negotia & quanto sua Dominus cum Deo peraget extrema mortis hora, demonstrabit quanti haec faciat bonitatem, & sic Deus cum talibus cuncta disponit: sicut etiam ex opposito cum perveris, quorum id omne studium est Dominis suis adulari, mentiando, & eorum provocando voluptates, dum illos ad

illicita cohortantur: disponit, ut eos Dominus excrucietur, illi vero rationem ignorent: eosque dominibus suis eliminant, imo & aliquando tradant carceribus: quid plura? patibulo suspendant, sicut Rex Assuerus optumarem illum sibi familiarem cruce damnavit, eo tempore, quo beneficia sperabat sibi conferri digniora.

S. 11. Dixit illis Iesus &c. *Cobidens Christus ministros suam ostendit potentiam, & magis suam misericordiam: sicut dum peccatoribus permittit, ut pro libitu suo faciant, suam demonstrat indignationem.*

Assumentes igitur Principes ministros suos, eorum per hoc excrecente nequicia, illos miserunt Christum apprehensuros. Ad templum magno tumultu, carcerum instrumentis instructi festinant. Admirantur eos omnes quotquot illos videbant, se mutuo interrogant, per quos itansibant: quid iterum in urbe contigit, quod tot ministri & omnibus ita praemuniti concurrant? Num timore concutiunt populum? Ad templum accedunt, in quo Dominus tranquillus & sedatus populo concionabatur, quam primum deteguntur, extollit Christus oculos, ministros attentius intuetur. Quid terum ages Domine contra effrahem hanc impudentiam? Responde qualiter tibi pater tuus exclamet David: *Exaltare qui iudicas terram, redde retributionem superbia. Usquequo peccatores Domine, usquequo peccatores gloriantur, &c.* Terribili nimis & ardenti excanduit ita Alexander Magnus in Regem Darium supremum Medorum, Persarumque Imperatorem, cuius historiam Deus luce prophetica manifestavit vati suo Danieli sanctissimo, Darium describens in figura potentioris arietis, Alexandrum autem sub simbolo hirci caprarum levilini, animosi & impudici. Praestendit illi arietem fortissimum, qui cornibus suis totam sibi subijciebat terram, cumque in otuli suo tatus conquiesceret, ecce a longe hircum certum prodeuntem ab Occidente, Euro velociorem, & desuper eum: porro hircus ex hoc indignatus, recta in arietem toto fertur impetu, in terram eum prosterit, pedibus conculcat, mille calcibus impetit. *Arietis non poterat resistere ei, cumque eum misisset in terram, conculcavit, & nemo quibat liberare arietem de manu eius.*

In ariete (ex communi Doctorum suffragio) designat Propheta hieroglyphicum Darij Persarum

I. Alexander Dario Regi cur sic infensus fuerit.

Da. 8. 7.

ram Monarcha: & Medetum, cui mundus parebat vnicuique: eumque vocat arietem: non enim populo Dei erudelis fuit aut immis, qui in modo mitis & benignus: per hunc cum non inferioribus delincauit propriis: tantibus Alexandrum ob eius impudicitiam, procacitatem, & modum agendi temerarium. Supremas Darius mundi totius habenas: modestabat: in eum surrexit Alexander Magnus, infrioris ætatis iuuenis, & multum manum, qui captiuum illum, vinculisque constrictum adducerent. Reuertit hoc Alexander bile grauiter inaccessit, atque: Siccine Principes excipiunt: nihil agendum alud, quam mittere ministros qui me captiuum abducauti quocirca quam primum ministros illos vidit: crudeli eos nec mulctauit, totumque furorē suum in Darium conuertit, illum cepit, calceibus impetijt, pedemque suum eius pectori superposuit: vt tuam inde cognoscas impudentiam, qua me per istos ministros captiuum ducere præsumpsisti. Hoc vates innuit. *Cum autem misisset in terram conculeauit eum, &c.*

II. Cur Christus Principi ministro non punierit. 4. Reg. 1.

O Christe piissime, satis congruum videtur, vt similia cum illis ageres, eo denique plecteres supplicio, confunderes apparitores. permittentes, vt terra viuos illos absorberet, pedibus conculeares summorum, affligeres opprobrio quoniam Propheta tuus Elias milites ducesque Regis Ochozia, qui eius præcepto venerant eum deducturi, parum venerabundi, quam primum eos vidi nimio accedentes factu, continuo diuina vis potestare, sibi à Deo tradita atque conuersus ad caelum verbo suo de caelis ignem detrahens in terram, hos & illos semel & bis insulato consumpsit incendio. Et satis apparet, quod idem hoc quidam tentarunt Apostoli: quandoquidem ob quendam irreuerentiam aut inurbanitatem, multo illa maiorem, quâ Dominum affecerant Samaritani, optarint imo postularint à Christo, vt caelesti illos igne mulctaret. Verumtamen optimè Saluator tunc illis respondit: *Filius hominis non venit animas perdere, sed saluare.* Non venie eorum puniturus iniquitates, sed illos ab eis liberaturus. Nec adsum meritas pro culpis penas inflaturus, sed eos, diuina sic vigente mea misericordia, reparaturus: quocirca nullum eis incommodum adfero, sed plures beneficijs, donisque præuenio caelestibus.

Quorum hoc primum est, quod eos vi diuini

verbi sui cohibeat, vt opere peruersas suas haudquaquam exequantur cogitationes, in quo diuinam suam proliè aperte potestatem: quia in hoc diuinam suam Deus ostendit potentiam, quod ostendit in cordibus operetur hominum. Quam hoc mirabile fuit in Pharaone, qui grauiter insensus Israelitis, toto persequitur illos furore, quo cunctos demohatur: vult illi Deus indicare hoc sibi perplacere, vt ab incepto desistat facinore, illique mandat, imo deprecatur, vt populum dimittat à seruitute, liberum concedat exitum, furorēque suum quo persequitur Israelitas, moderetur; ipse vero tantum abest, vt diuinis obediat humilis iussionibus, imo sic obstipus, & arrogans illis recalcitrat, vt superbia tumens infernal, & diabolica ferox arrogantia Dei nuntio mandatum exponenti responderit. *Nescio Dominum & israel non dimittam.* Iustum sit Dei mandatum, idcirco contrarium agam: nec enim Deum agnosco, nec populum à seruitute liberum absoluam. Cum autem tanta contra Deum peruiticia fureret, coram eo Moyles & Aaron conueniunt: atque ex Dei nomine dissoluta loquuntur libertate, sanctoque zelo marcescunt: nec illos præsumit redarguere. Quis eum cohibet, quò minus, si vellet, in eos suam euomeret indignationem, qua contra Deum ferebat, quæ executio nis suæ non poterat ferire potentia? Flagellare Regem incipiunt, mutante Deo aquas in sanguinem putridum & corruptum, vt ex solo eius fectore, ipse Rex omnesque deficerent. Ranas illi immittunt, somnum illi auferentes, mulcas eum perturbantes, vt ne momento quidem valeat conuiescere; lapidem, & grandinem, camporum conuerentem prouentum, arborumque fructus: & eum clarius agnosceret harum omnium, quas patiebatur calamitatum, auctores esse Moyse & Aaron, nihilominus nec ipse Rex, nec Aegyptij aui sunt in illos manum mittere vinculisque eos constringere. Quid hoc, vt duos viros inermes, telisque nudos vnus Regis integri non præsumant exercitus apprehendere, non omnes populi, & subditi armis instructi audeant contingere, cum tamen se videant ab illis flagellis, quibus cedebantur oppressos? Deprecabatur illos Pharaon, dolebant stebantque Aegyptij, nullus autem illos inuadat, saltem vt ab illis liberentur? Comprehendite illos: etenim in manu vestra sunt & forsitan captiui, non tanta valebunt potestate & vos ipsos his aduersitatibus eripietis, & flagellis quibus vos durius excipiunt. Quis vos remoretur? Adest ibi Deus in eorum cordibus operatus, eosque cohibens, ne seruos suos in Dei seruos,

III. Christus suam hic ostendit potentiam. IV. Operatur in corde Pharaonis. Exod. 5.

Luc. 6. 6.

seruos explant animos perficiantque cogitationes.

Declarauit olim Deus suam Iob eximiam potestatem, in eo quod inflatas maris undas comprimeret bestiam ferocem adeo; idque quibusdam solummodo pulueribus arearum. *Posuit vestem eius vestia, et dixit: usque huc uenies; et non procedes amplius, hic confringens iumentes fluctus suos.* Verumtamen nunc aperitis multo potentiam demonstrat; quandoquidem pelagus adeo tempestuosum, qualofuit illud concilium Hierosolymitanum, elatas ac superbas suas attollens undas, ministros inquam ita robustos, uinco uerbo deueniat, & ut statuas coequeat immobiles. Dum Israelita fluium transiunt Iordanem, & aqua pleno (a) gurgite descendebant.

Iosue 3.15
(a) de maria mar.

Iordanis ripas alius suo tempore messis impleuerat; ait Iosue: in hoc cognosceas, quod Dominus uiuens ipse sit, qui in hac Arca refidet, etenim coram eo torrentes, & feruentiores fluminis tui suspendentur: *In hoc scietis, quia Dominus Deus uiuens, in medio uestris est.* Efficax argumentum, sed efficacius longè, & clarius ad confirmandum, quod in homine isto tota sit diuinitas, quodque uerus sit Deus cum enim indignationis impetus Principum, fluere cursu, adeo rapido ministrorum & apparitorum, in conspectu eius coequeantur, atque ad solam eius morantur uocem, & agnorum iustar temperantur.

V.
Allegoria

Si quidem in hoc suam declarat potestatem, non minus erga illos suam manifestat misericordiam, dum illos cohibet, ut conceptam & iam committendam non explant iniquitatem. Notat D. Aug. scribens contra Pelagianum hereticum, nomine Iulianum: hoc enim inter alia esse diuinae signum indignationis, & alicuius reprobationis, si opere exequi pariatur illum peruersas suas intentiones, malaque strata gemata. Pro cuius affectione profundam adducit Theologiae doctrinam, tanto ueritate sublimem, quanto dissolutis hortendam peccatoribus, si eam considerarent: etenim saepe Deus nequiore punit peccatores, dum liberas illis tribuit habenas, quibus qualibet possint peccata committere, & successum habent optatum in se; quae malitiose machinantur, estque haec strictissima poena, qua in hac uita inimicos suos plectit sceleratorum, quorum absolutè totalem uult permittere damnationem, quod liberos illos patiat, quo suis vacare queant appetibus, indulgere uoluptatibus, & explete prateniones. Non est haec mea (inquit) doctrina sed doctoris gentium, qui supplicium declaraturus, quo diuina ita superbos illos &

(b) 29
VI.
Suam certam Christi manus felicitat misericordiam
L. 5. cõtra Iulian. c. 7.

rebelles multauit Philosophos, qui dum tenerentur se Deo subijcere ob concessa illis ab ipso beneficia, atque ut Deum honorare, cum contemptui habuerunt; aut, diuinam suam ab eis subtraxit manum, & solutis frenis suas permisit illis sectari nequitas. Hoc est autem quod ait Apostolus: *Quia cum cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed eauerunt in cogitationibus suis etc.* Propter quod tradidit illos in desideria cordis eorum. Hoc seuerum fuit diuinae iustitiae supplicium in tanta criminis poenam, quo Deum irritauerunt, illos trahere in desideria cordis eorum, ut suas explant uoluptates, prauaque compleant desideria, luxuriae, libidinis, & quatuorlibet iniquitatum. Notandum ait D. August. quod addit Apostolus: *Mercedem mutuanam quam oportuit erroris sui in semet ipsis recipere.*

VII.
Impunitas nequitiae signum reprobatione.
Ro. 1. 27.

Quid hoc Apostole Paul: Numquid in eadè dixisti Epistola, quod stipendium, quod debetur, & quo Deus peccatum soluit, mors sit, sicut illud quod debetur operi in gratia facto, est uita aeterna. *Stipendia peccati mors, gratia autem Dei Ro. 6. 23. uita aeterna.* Quomodo ergo nunc dicis, stipendium praemium & mercedem illis à Deo ob flagitia adeo enormis esse permittere ut in alia turpe uita labantur, suas explendo concupiscentias; stipendium suaque post desideria ambulando? Dico primo: duo sunt supplicia decreta peccatoribus: unum in hac uita, alterum in futura. In futura, stipendium peccati mors est aeterna: uerum in hac, quo Deus frequentius illos castigat, hoc est quod illos patitur in sceleribus suis perseuerare, aliaque patrare grauiora. Dico secundo: Familiare peccatoribus supplicium esse mortem & dolores, sed extraordinarium, & strictius coequeat peccatori in hac uita, est, ut liberè & impunitè suas explant uoluptates, & hoc stipendio in hac uita inimicos suos plectit atrociores: *Mercedem mutuanam recipisse dicit* (sic ait D. August.) *uicque damnatos, ut tanta operentur mala, et tamen ista damnatio, etiam reatus est, quo grauius implicantur.* Itaque *et peccata sunt ista, et poena praecedentium peccatorum.*

D. Aug.

Notandum autem, inquit, ueterius quod Apostolus ne dum dicat hoc esse mercedem & stipendium, quo Deus tales plectit, sed insuper addat, mercedem esse huius operi apprimè conuenientem: *Mercedem mutuanam quam oportuit.* Quod mirabilis est (inquit praefatus Doctor) *etiam oportuisse dicit, eos istam tantam mercedem recipere.* Nā sceleratoribus & primae notae peccatoribus minus est supplicium, in ipso flagranti delicto eos occidere;

D. Aug.

deserentem condignum impudenti & obduratæ eorum malitiæ supplicium est, eos deserere, vt in ea progrediantur, vt quanto eorum hic numerus crescit peccatorum, tanto postmodum eorum multiplicentur iusta supplicia. O durum supplicium, sic hominem deserere, vt libere viâ percurrat iniquitatis, nullo detentus offendiculo, nullis coercitus frænis, nulla ei iniecta remora, quatenus grauior fiat peccator, ita filius, crimi- ni traditus & diabolo, cuius tanto sit seruus subiectior: Cum ergo dicitur homo tradi desiderit suis, inde fit vobis, quia desertus à Deo cedit eis, ut q;

D. AUGUSTINUS. subiectior: Cum ergo dicitur homo tradi desiderit suis, inde fit vobis, quia desertus à Deo cedit eis, ut q; consentit, vincitur, capitur, traditur, possidetur. A quoniam qui deuictus est, seruus additus est.

IX. 30. Hoc modo credit D. Aug. tempore Iosue castigauit Deus barbaros illos populos terræ Promissionis incolas, permittens vt Dei populo bellum inferrent. illique armata vi resisterent, nec à malitia sua cessarent: quia iam Deus illos de- dere decreuerat. Domini enim sententia fuit, vt in- durarentur corda eorum, & pugnarent contra Israel, & caderent, & non mererentur ullam clementiam, ac perirent. Eadem pena superbum multauit Roboam, à quo manum suam suberaxit, conu- tiens vt stultam suam seclaretur præsumptionem, nec eum manifestum seniorum, sagumque deti- neret consilium. Quoniam auersatus enim fuerat

Reg. 12. Dominus. Non absimiliter puniuit idololatrias

X. Regis Amasie (teste D. Augusti.) diuinam suam illi denegans lucem ac fauorem, ne suis in actio- nibus illique infans ex prudentissima Regis Ieræ admonitione resili- ret. Noluit audire Amasias, eo quod Domini esset voluntas, vt traderetur in ma- nus hostium propter Deos Edom. Multa alia commemorare possemus (inquit S. ille) in quibus liquido apparet, occulto Dei iudicio fieri peruersitatem cor- dis, vt non audiat quod verum dicitur, & inde peccetur, & fit ipsum peccatum præcedentis etiam pena peccati.

XI. Proposito nostro conuenienter valde proferimus eiusdem Apostoli verbatetenim de Iudæo- rum locutus reprobatione, asserit, quod Deus li- beras illis concessit peccandi habendas, & exe- quendi quæcumque in Christum Salvatorem a- genda conceperant, similiter & contra Prophe- tas: euident itæ celestis contra eos iudicium.

1. Thess. 2. Dominum occiderunt Iesum & Prophetas, & nos persecuti sunt, &c. vt implerent peccata sua semper: peruenit enim ira Dei super illos usque in finem. Hoc vno præ cæteris argumento suam Deus in populum dilectionem testabatur, quod eos non edoceret suis liberè vacare libidinis & appe- titibus, ea idololatriæ committendo peccata, si-

Hieron. Bap. de Lanna Tom. III.

cut Gentiles, vt ipse Deus per Ezechielem decla- rat Prophetam, quod eorum hæc essent & pro- posita, & desideria, sed quam primum in pecca- tum aliquod labebantur, viudex aderat Deus, eosque como refrænabat strictissimo, durioris seruitutis, & aduersitatum, quod vel inuiti timore supplicij sibi à sceleribus temperabant: hoc ete- nim illis insinuat. Neque cogitatio mentis vestra fiet, dicentium: Erimus sicut gentes.

Porro quando peccata eorum in tantum ex- creuerunt, vt diuinam prouocarent iram, quo su- premo in illos animaduertet et supplicio, addidit illud, vt eos permitteret explere quælibet, siæna laxans quibus liberi nequitia suæ seruirent desiderijs: sic vt perfectè suas explerent volup- tates, desideria perficerent, suæque peccata ope- ribus exequerentur. Vt implerent peccata sua ita vt ad supremum usque peruererint peccatum, Apo- stolos persecuti sint, Prophetas occiderint, imò & Dei filium crucis patibulo suspenderint. Illos vt reprobos aestima, & hoc tibi persuade, quo- tiescumque sic illos videris effrenes, nec à Deo repressos, quod ira Dei super illos pleno deci- derit gurgite, quo supremum illis infligat suppli- cium, permittens vt ad vltimum ascendant in- quitatis. Hoc est: Peruenit ira Dei super illos us- que in finem.

Vt opinor alludit Apostolus in his verbis ad id, quod Deus ore Dauidico prædixerat, vt notat D. Gregor. vt quando ad vltimum peruenissent, eos sua omnia pateretur effrenes seclari deside- ria, & viam percurrere nequitiarum, nullo illis opposito impedimento, nulla iniecta remora. Di- misit eos secundum desideria cordis eorum, ibum in aduentibus suis. Legit D. Gregor. libent in voluntatibus suis. Et sic se res habet: quotiescum- que enim (nostro loquendi modo) Deo deficit patientia, qua diuinus illos sustineat, vltique di- mittere, vt in extremam deuoluantur animæ suæ perditionem: hoc agit: permittit, vt cuncta sua perficiant desideria, usque per omnia saus- faciant voluntatibus, eo usque, vt illas exerceant contra duos, quibus terra non tulit sanctiores Christum scilicet caput Sanctorum, & Ioannem Baptistam, quo maior non surrexit inter natos mulierum. Etenim si veritati credimus, sicut D. Ioannes Baptista Christi præcursor exiit in natiuitate, ita fuit & in vita & in morte, vnde & ipsum præcessit: & quia Iudæos asperius repre- hendit, dixitque veritatem Regi eorum Hero- di, persecutionem illi mouerunt, ipsos e Deus sic in eo suæ reliquit voluntati, vt ipsis pro vxo animique sententia omnia successerint, iuxta il-

M m m m Iud

Eze. 20. 32

Lib. 26. Mor. 6. 1 5. Pf. 80. 13. Hebr. 13.

Mat. 17. hōd Saluatoris pronuntiatum appellat illū Eliā:
17. Elias iam venit, & fecerunt in eo quacumque vo-
Mat. 9. 12. luerunt. Liberam illis Deus permisit voluntatem,
 perueit in Baptistam sua explendi desideria, at-
 que ut Phariseis res non aliter quam uellent, ene-
 nirent, & Herodi vulpinæ suæ astutiæ, molimina
 & fictiones, & cœnæ quam fecit, instructio, &c.
 Et Herodiadi proditioes & insidias, atq; puellæ
 inuerecundæ tripudia: *Eecerunt in eo quacumque*
uoluerunt. Quidquid animo conceperit n. peperc-
 runt: nec illos Dominus ab inire retraxit, qui-
 nimo solutis ita frenis in tantam lapsi sunt ini-
 quitatem, ut Prophetarum primipilum, Angelum
 humanum, vel hominem Angelicum occidere
 nō dubitarent. Suium Christus securus est præcur-
 sorem: etenim eodem modo permisit Deus Ju-
 dais ea omnia in Christum moliri, quacumque
 iuxta illis suggerebat voluntas, an nullique dia-
 bolicus: persequuti sunt illum captiuum duxerunt,
 flagellis ceciderunt, crucifixerunt, tantil-
 que cruciatibus interemerunt, quantis voluntas
 eorum optauit infernalis: *In omnibus voluntati-*
bns suis.

31. David præfatus dec' araturus Dei in operibus
 suis libertatem ea sic operantis, ut non sit, qui
 (a) *yr a la* vel aliquo modo impediatur operantem (a) ut pro
mano. voluntate cuncta possit implere, nec vllum oppo-
Pf. 110. 2. ni illi queat obstaculum, ait: *Magna opera Domi-*
XII. *ni, exquisita in omnes voluntates eius.* Opera sua
Qua peragit tota libera sua voluntate quomodolibet
phrafi illi bene placuerit. Hac phrafi libertatem expo-
de clare- nit, qua Iudæis permisit agere, quidquid contra
retur im- Christum agere contendebant. *Ib. ut in omnibus*
punitas *voluntatibus suis.* Ut autem hoc ita esset ipse se-
Luc. 22. 53 ipsum eorum manibus tradidit libertatem illis
Luc. 22. 53 tribuens, ut cum illo faceret, quidquid facere
 gestiebant. Hoc illis inuit ea hora qua se ipsum
 illis tradidit capiendum: *Hæc est hora vestra &*
potestas tenebrarum. Deinde ministerio Pilati
 traditus est eorum manibus, quatenus absque vl-
 la resistantia in eum pro libidine sua debaccha-
 rentur. *Tradidit enim voluntati eorum.* Hoc ita e-
 git inquit Apostolus: *cum peruenit super illos ira*
Dei usque in finem. Fuit autem hoc vltimum ac
 grauissimum supplicium, & perditorum illorum
 naufragium. Hoc est (teste D. Gregor.) illius sig-
 num euidentissimum, quod Deus permittat, ut
 peccator suis seruiat passionibus, earumque se-
 quatur impulsu, quod assequatur quidquid op-
 tauerit: ut eum nec cohibeat, nec perturbet, nec
 frænum iniiciat, nec opponat difficultatem: dū
 enim hæc Deus obijcit, & vel parum coercet
 peccatorem, sæpius in se reuertitur, & obiecta dif-

XIII.
 In puni-
 tas repro-
 bationis
 iudicium.

ficultas eum à concepta mala renocat inrentio-
 ne. Nefas est grauissima D. Gregorij uerba præ. D. Grego-
 terice. *Manifestum ergo perditionis iudicium est, L. 26. Mor.*
quando affectus iniquitatis subsequens fauet eis,
efficit, & nulla contrarietas impedit, quod mens
peruersa concepit. Nam sæpe prauorum hominum
dum tardantur vota, mutantur, & dum difficul-
tatem perfectionis sentiunt, reuocant mala actionis
cognoscunt: & quibus prius in uis contradicitur,
volentes postmodum, hoc quod conceperant, auer-
santur.

Appositè perpendit idem S. Doctor, quod Spi- 32. **32.**
 ritur S. de Antichristo loquitur Danieli Prophe- XIV.
 tæ per Archangelum Gabrielem. Manifestum ut patet
 est, & passim omnibus notum, hominem om- in Anti-
 nium perditissimum, & perditorem ac peccato- chris-
 rum caput, & in quem Deus excaudescet, ut nul-
 li sic vniquam vel sit vel erit indignatus, fore
 Antichristum, ut declarat Theologus. fous. D. 17. q. 8. l.
 Thom. Ea de causa ab Apostolo nominibus illis *Thom. 1. 10.*
 iniquitatem eius sic experimentibus appellatur: *Col. 2. 35.*
Ille iniquus homo peccans, filius perditionis. Ab
 eodem Apostolo Christus dicitur, *filius dilectio-*
nis significans eum à Patre supra omnem modum
dilectum & caput eorum omnium esse
quos Pater diligit, nempe iustorum. Sic ex oppo-
 sito vocatur Antichristus *filius perditionis.* Scire
 igitur desideras, quæ sit D. Grego. quid Dominus
 agat cum illo, quem odio persequetur, quam
 maxima & extrema uolet de eie perditione su-
 que contra illum iræ plenitudinem effundere?
 Loquentem autem Danieli Gabrielem: postquam
 enim eum ostendisset in figura cornu in fronte,
 seu inter oculos procausissimi hirci (amplissimum
 hoc est horrendi huius portenti symbolum) ait
 illi: *vir erit impudens, astutus, versipellis, & inue-*
recundus: Impudens facies, & astutissimi propositio-
nes. Magna polleus potestate, cuncta illi permit-
 teute Deo, prospera euenient fortuna, quacum-
 que conceperit, feceritque crimina. *Preperabitur*
& faciet. Et rem addit omnino singularem:
Secundum voluntatem suam dirigitur dolus in ma-
nu eius. Quas etenim proditioes, dolos &
 fraudes machinabitur quibus quod præcendit
 assequatur, ex animi succedere cuncta sententia.
 Quotquot enitribat lanceas, vota que præcendet
 scopum attingent optatissimum. Hoc loquente
 D. Greg. de capitali dicitur inimico Dei, malorū
 omnium antesignano, in quem Deus perfectam
 iræ suæ deuoluet indignationem, quatenus intel-
 ligas? quod tanto te Deus odio execretur, sicut
 Antichristum, acriori, quanto tibi uideris concep-
 ta scelera finem habere prosperitatem: & uolup-
 tate

Dan. 8. 13

tate frui te frano laxiori, vt nec retarder obstaculum, nec tunc Deus impedimentum obiciat, lapidemque volutati.

Ex prædictis declarat idem D. Gregor. illam

Pro. 1. 32. Spiritus S. sententiam. Prosperitas stultiorum per-

det eos. Videtur quid incompositum & repug-

mans prosperitatem maritare perditioni: nã dum

prospera gaudes fortuna, non subiaces perditio-

ni: In stultis attamen, ait spiritus Dei, hæc duo

coniungite: stulti sunt & fatui peccatores, amen-

tes, sine iudicio, quo nomine frequentius a Spi-

ritu S. compellantur, quod illi iudicant prosperi-

tatem, scito, hoc totalem eis ruinam esse & per-

ditionem. Vt magnã habent prosperitatẽ, si nemine

eos perturbante, quod intendunt, assequantur, si

voluptatum suarum viam percurrant, nulla inter-

cedente (vt dicitur (a) canonicã, vel contrarietate.

Porro hoc eorum est infortunium.

F. Felicem censuit euentum improbus ille A-

chab (quem sic nobis describit spiritus S.) Non

fuit alter salis, qui venundatus est, vt faceret ma-

lum in conspectu Domini: venundatus vt manci-

pium quod Domino tuo seruiat: demque pari-

ter iudicauit vxor eius Iezabel mulier ad omne

facinus composita, quo potiti sunt quando Na-

both oppræsserunt innocentes: cum illis omnia

ex animi sententia votoque succederent, ex eor-

um iudicio sic vt Deus nec minimum illis re-

notam opposeret, quò minus scæ fierent com-

posites intentionis. Falsos produxerunt in Naboth

innoxium testes, perierum quæsierunt testimo-

num, inuenerunt pro votis, illis virtum innoxii

in tribunal attaxerunt, populo persuaserunt vi-

rum esse Dei blasphemum, morti addixerunt, &

lapidibus obruerunt. His sibi applausit Achab cù

viuere, quam optauerat. Accedit illum Elias, ac-

que: Multum tibi ipsi arides o Rex, quia nemi-

ne tibi obstante, quod tantopere desiderabas, ob-

tinuisti. Occidisti, insuper & possidisti. Notum igitur

tibi sit, hic tuam comprehendi tuam tuanti-

que perditionem, atque in eodem loco, in quo

tuam explesti cupiditatem sanguinem profundẽ

do Naboth innoxium, tuum liguerunt canes no-

xium. Quam prosperum sibi censuit exitum He-

rodes Rex incestuosus, & periura Herodias, nec

non vilissima salutaris, quod suam explestent li-

bidinẽ in eo quod Baptistam gladio truncassent,

sic vt illis nec minima occurreret difficultas. Ve-

rum tamen hoc illis malefautã intulit mortẽ, &

æternam reprobis illis damnationem si historiis

illa narrantibus fidem adhibeamus. Prosperitas

stultorum perdet eos. Hæc si Deus pollere permittat

ad Mar. (ait D. Aug.) tunc indignatur, grauius: hæc si impu-

celli. To. 2.

nita permittat, tunc punit infelix, quoniam nihil est infelicius, felicitate peccantium.

An tibi felicem gratularis successum, quod

mulieris obtinueris gratiam, & salua omni re-

motu, tuam cum ea explestis voluptatem sic vt

nec vllum tibi Dominus obiecerit, quo te turba-

ret, impedimentum? An tibi perplacet, quod vfu-

ra, qua luctum prætentidisti iniustum, vt animo

conceperas, voto responderit? An gratia tibi fuit

intentio, qua in tui fauorem per iniusta media

impetrasti sententiam? An quod alterius mille

proditionibus mortem es machinatus, & optatis

hæc omnia annuerunt. Ne diem hunc alio læ-

etus conscribas calculo: si namque vt animus fe-

cebat tua complesti desideria: signum est diuina

in te indignationis, quodque te tuorum crimi-

num tradat ipse voluntati. *Et impleant peccata sua*

semper: peruenit enim ira Dei super eos usque

in finem. Magna Dei ira tuus te committi delu-

deritis.

In historia Pharaonis notanda veniunt in

Castico Moyli hæc verba: *Misisti iram tuam*

Exod. 15.

Ecce. Et in spiritu furoris tui congregata sunt aqua:

7. Et 8.

sicut unda fluens, congregata sunt abyssis in medio

XVIII.

mari. O quam stupendum hoc opus: sicut unda Miracu-

fluum. Miraculum (inquit Caiet.) explanat quod a-

lum de

qua qua natura sua sunt fluentes fuerunt solida, si-

cut: sicut aceruus verum non fluidorum. Hoc David bro pon-

indica: sicut aqua sicut in vitæ. Primo per di-

uisionem: Congregata sunt aqua in medio mari: nõ

in iplo littore: nec enim hoc rãti esset. Chaldaeus

legit: sicut murus aqua: quasi ex illis

muris cõflaretur. Septuaginta vero: Conglutinata

sunt quasi murus aqua. Hæc igitur omnia fuerunt

ira Dei, an nõ fuit Dei populo misericordia? Vti-

que. Sed hæc causa nõ fuit principalis, verũ his

perfidia puniuit Pharaonis: & per hoc transmisit

populũ per mediũ sic: maris, in illo tam mira-

bilia est: eius prodigia, vt in aquarũ medio per-

uicacẽ Pharaonis reprimere puniret; superbia.

Vnde ira fuit Dei, qua Pharaoni straxit laxauit,

vt sua completeret desideria, populum Dei perfe-

quens ad quod eius sententia pelagus illi transi-

tum denegabat, & vbi certò sibi persuadebat eũ

in manus suas incidendum. Quocirca dicere po-

tuit, loquens de populo Dei: Conuersati sunt a ser-

ua: videbatur enim terra eis deficere, & manibus

eos tradere Pharaonis. Hic igitur, vbi compleri

videbatur Pharaonis desideria, prodit Deus

sua potestatis gloriam manifestans ad Phara-

onis interitum. Glorificabor in Pharaone. Prodit

in arenam Pharaonis superbia tumidus populum

Dei ceteris profiscientem & fugientem,

atque Persequar & comprehendam, diuidam spo-
 33 lia implebitur anima mea, q. d. satiabitur desiderium
 33 meum Persequitur & citius insequitur, sequitur il-
 33 li viam Deus, & ibi Regem in ira furoris sui
 33 comprehendit, quam ille misit: In spiritu furoris
 33 tui misisti iram tuam. Iram tuam praemisisti, quae
 33 viam hanc applanauit: & ubi minax dicebat, de-
 33 siderium suum esse satjandum, ibi rigorosam
 33 Dei reperit vindictam vt maris fluctibus praefo-
 33 cassetur, Deique populus liber, victorque tran-
 33 saret.

§. 12 Grande malum, dum peccatori Deus per-
 mittit ire quolibet; magna misericordia
 dum eum refrinat, vt ipse per Ezechielum
 populo suo declarat.

87 4;
 144. 51. 3)

Terribile fuit illud Dei terribilementum,
 quo populum quondam ore Hieremiae
 percussit: In calora eorum potum potus
 eorum, & inebriabo eos, vt sopiantur & dormiant
 somnum sempiternum, & non conseruant, dicit
 Dominus. Hoc ego illos supplicio in integram
 eorum perditionem castigabo, vt quando siti
 exarscent potum inueniant palato suo sapientis,
 quo hausto in sumnum corrunt inferni semper-
 ternum: quale quibus, est hoc supplicium vt an-
 helus quis sitique aridus aquam inueniat salu-
 suae iucundam: Imo grande videtur beneficium
 & optata fortuna. Sitarum dncem spectat, qui
 siti nimia exaltatus potum sibi portigi a lahel
 postular mulier formosissima, quem illa propo-
 nit lac ori suauissimum toto bibit desiderio &
 suis iam credit vocis esse satisfactum. Porro in-
 fausto bibit omine: siquidem in eo mortem in-
 uenit in quo gustu reeratus lactis, obdormiuit:
 & ibi lahel illi clauo tempora transiit quo in-
 fausto nimis sero occubuit. Quanta feruet homo
 siti, intus igne exestnat concupiscentiae, delicias
 ambit, honores quaerit, sectatur opes, & inhiat
 voluptatibus quam anhelus adspirat ad diuitias
 opum cupidissimus? Sensualis adspirat ad dili-
 cias: honorum ardore ad dignitates: quomodo
 se res habent? An tuo iudicio, quod quaerebas
 inuenisti? & aquas siti tuae comparasti, nullo
 repulsus obstaculo? An muliere petri licuit? An
 optatum contentio sortita est exitum? An ex a-
 nimi sententia tibi fraus, dolusque cecidit: An
 finis respondit intentioni? Machinas erexisti, se-
 queltras adhibuisti, & illam obrinuisti? An tibi
 pauperis mansit tegumentum? An pacifice con-

I.
 Sifara
 quomodo
 a lahele
 interficia-
 tur.
 Iud. 4.

tractum compressisti iniustum? quando haec tibi
 cuncta pro voto responderint, time, inquit Diuus
 Gregorius Nimis timeendum est, ne sequantur prof-
 33 pera, cum desiderantur iniusta. Penandum est il. 1. 34. Mor-
 33 lud nimis: omnimodo prosperos quos dicit ti. 642.
 33 mere debes euentus, quando quid mali deside-
 33 rasti, & illud procurans nullum passus es impe-
 33 dimentum.

Hoc optime quadrat de d. n. r. e. spiritus S. qui II.
 propositiones quasdam obicit, quae prima facie Timendi
 videntur paradoxa, diuinam tamen redolent veri-
 33 tatem. Est procastio in malis viro indisciplinato, & malis
 33 est intentio in detrimentum. Vulgari diceret idio-
 33 mate, saepe cum quis sibi de felici gratulatur prosperi-
 33 successu, hic illi est infelix, & ratio perditionis. Ec. 29. 25.
 Procastio item est ac prosper successus, & sic scri-
 33 bit Gregorius textus, procler successus est illi in-
 33 fortunium: Inuentio significat, quod aliquis desi-
 33 derij sui compos fiat, & optata perficiat: si quis
 33 igitur, quod optauit, & sollicitus quae sicut, inuen-
 33 rit, hoc illi verget in detrimentum & animae
 33 damnationem: nec aliter res habet t. o. ram-
 33 que iudicio te felicem arbitraris quod semiram
 33 inuenieris, vel illi occurreris qui te traxit ad vo-
 33 luptatem, & optimam fuisse sortem, qui tibi co-
 33 tradideret, offendisse neminem. Haec tua est per-
 33 ditio, haec mors, haec ira Dei, qui tuis te pariter
 33 seruire cupitibus: eius autem magna est misere-
 33 cordia, dum alius ad ausus festinat perditionis,
 33 si detineat illum, impedit, remoretur, tellaque
 33 occasionem.

Haec enim est illa misericordia, quam cui pro- I. Sa. 48. 9.
 pitus est viro promittit: Laude mea infranabo te, III.
 ne inereas. Ad maiorem nominis mei gloriam, & Ex misere-
 33 cordiae signum tibi fraxum inuiciam, & recordia
 33 maxillas construyam, quo velis nolis, te deti-
 33 neas, ne corruas in perditionem. Metaphora ab hibe pec-
 33 equo sumitur est tenni, calcari pronocato mor-
 33 daciore, vel a tauro furioso, quem crabrones a- IV.
 33 cruis pungunt, quo tauro procurrat impetu, vt Similitudo
 33 nulla queat manu cohiberi. O miserum te! in do-
 33 praeps corruas, & peris, quantum hoc foret
 33 illi beneficium, si quis fortius iniceret fraxum,
 33 pedes duriori stringeret compede, quo sifteret
 33 immobilis. Hoc illi agit Deus, cui misericors est:
 33 dum enim furioso cecidit illum ferri impetu, sti-
 33 mulo agitatum ardentissimi desiderij vel
 33 crabrone libidinis suae violente pronocatum, vt ni-
 33 hil sit quod corrente remoretur, illi lorum
 33 inicit adeo durum, camo stringit sic arcto, vel
 33 fumbus ligat sic irretitis, vt vel nolentem coer-
 33 ceat: clare loquor: febrim inmittit exarsuantem,
 33 dolorem lateris: extremum, podagram mole-
 33 stan,